

**1423** [=2403] reperta 1711 a principe d'Elbeuf in duobus epistyliis fractis GIORN. DE' LETT. litteris aereis longis  $\frac{1}{4}$  brach. Florent. in marmore longo brach.  $5\frac{1}{2}$ , lato br.  $4\frac{1}{2}$  STEND. Si è trasportata dal palazzo d'Elbeuf una statua di Ercole . . . varii pezzi di marmo con iscrizione che dice VIR·EPVLONVM. ACTA S. d. 23 Dec. 1738 (*Bullett. Ital.* 4, 36). In museo Neapolitano non extat.

APPIVS · PVLCHER · C · F · COS · IMP · VI | VIR · EPVLON u. c. 716?

Ita ut supra legitur (sed EPVLONVM pro EPVLON) prodiit titulus ipso anno quo repertus est *Gior-*  
*nale de' letterati* vol. 5 (Venetiis 1711) p. 406, qua relatione certe in priore tituli parte  
standum est; quamquam in ipso saxo AP. magis fuit quam APPIVS et qui edidit compendia sol-  
visse videtur. Priore parte mox ut videtur pessumdata quod remansit fragmentum extremum ex  
villa Elbeufiana in museum illatum (vide supra) in relationibus effossionum a. 1739 passim com-  
paret modo solitarium apud Venutium scop. p. 82 (...VIR·EPVLON), item p. 65 male ordinatum  
et peius suppletum (*in gran cornice di marmo: patrono colONiae viiVIR·EPVlonum*) et apud Belgradum  
p. 48 (in epistilio exeso et fracto: . . . VIR EPVLONVM), modo contaminatum cum titulo n. 1442  
apud Mur. 2021, 4 a Castagnola, Gorium symb. Flor. 4, 103, Diss. Isag. p. 57 (inde Orelli  
2261). Praeterea qui effossiones posteriores curabant, titulum Elbeufianum, quem periisse cre-  
debant, ex memoria opinor varie restituerunt (cf. collectanea Francisci la Vega edita *Giorn.*  
*degli scavi* 1861 n. 8—10 p. 281). Eo pertinet typus hic: APPIVS·PVLCHER·C·FILIVS·T·B·D (his  
tribus litteris singularibus innexae sunt tres s) . . . VIR·EPVLONVM, quem Tinea Placentinus 25 Mart.  
1739 misit Muratorio, edidit Mur. 675, 2 acceptum ferens Ioh. Ios. Ramaggino, habent item  
schedae antiquae Herculaneenses musei Neapolitani (ubi refertur una cum n. 1443) ediditque ex  
eiusmodi schedis Venutius scop. p. 55. 65. Similiter in actis editis *Bull. Ital.* 4, 38 lectum esse  
dicitur in altero lapide ab Elbeufio reperto FABIVS·PVLCHER·CAII·FILIVS, in altero: SEPTEM·VIR·EPV-  
LONVM. Denique Stendarus (apud Gorium symb. Flor. vol. 4 p. 40; *Nov. Ficr.* 1748 p. 682),  
qui affuit cum titulus reectus est, ita refert: APPIVS·PVLCHER·CAII·FILIVS reliquis omissis.

Cum hic titulus scriptus fuerit in epistilio primo casu, alter eiusdem Ap. Claudii n. 1424 in  
basi tertio, inter utrumque eadem ratio intercedere videtur atque inter Pompeianos 833/34 et  
837. 838. Ap. Pulcher cum suis sumptibus theatrum faciendum curasset, statuam ibi accepit  
ab Herculaneis post mortem.

**1426** [=2411] reperta Herculanei ante portam theatri VENVTI una cum statua equestri notissima,  
ad quam pertinuisse creditur. Genuinus titulus extat Neapoli in museo inter inscriptions;  
qui sub statua equestri cernitur, recens est.

M · NONIO · M · F ·  
BALBO · PR · PRO · COS ·  
HERCVLANENSES ·

Descripsi et recognovi. *Mem. della Soc. Colomb.* vol. 4 p. 283;  
Gori symb. dec. I. vol. 4, 58. 64. 74. 86. 161. 168. praef. p. XXI (a Martorellio), dec. II vol. 4 p. X. XIV. vol. 2 p. 27 (in commentario Galli  
d'Arthenay) p. 96. 122 (Donat. 337, 9 e Gorio); Bajardi catal. p. 163; Venuti scop. di Erc.  
p. 95. 138; Belgrad. p. 66; Maffei tre lett. p. 28, M. V. 350, 10; *Letters from a young*  
*painter* 4, 206; Freeman *philosoph. transact.* 47 (1751/2) p. 134; Diss. Isag. p. 57; Remon-  
dini *storia eccl.* Nol. 4, 59; Pratilli cons. della Camp. p. 36; Marini cod. Vat. 9131 f. 215;  
Romanelli *viaggio* 2, 66 (cf. 70), qui pessime confudit cum n. 1428; Gerhard *Neap. ant. Bild-*  
*werke* p. 22 n. 62; Fiorelli cat. n. 1474.

**1428** [=2413] titulus statuae togatae repertus  
Herculanei in theatro m. Ian. 1739 una cum  
statua patris. Extat in repositis lapidibus  
musei Neapolitani; exemplar ipsi statuae sup-  
positum recens est.

M · NONIO · M · F · BALBO  
PR · PRO · COS  
D · D

Descripsi et recognovi. Acta 21 Mai. 1739  
(*Registro* V p. 282. 284); Mur. 2024, 3 a Ca-  
stagnola; Marc. Venuti scop. di Erc. p. 81. 94;  
Rud. Venuti in litt. d. d. 6 Jun. 1739 apud Go-  
rium symb. dec. I vol. 4, 45. 103; (Martorellius)  
ib. dec. II vol. 2, 98; Belgradus p. 67; Bajardi  
p. 163; Diss. Isag. p. 58; Romanelli *viaggio*  
2, 66; Gerhard *Neap. ant. Bildw.* n. 49 p. 19.  
Romanellius confudit cum n. 1426.

**1429** [=2412] 'Super eius (Herculanei) oppidi bustum Resinae vicum stare testantur antiquis-  
simae inscriptions ibidem sub ingenti quodam aedificio passibus fere quattuor humi defosso  
'ac ingenti pumicum combustorumque saxorum mole obruto inter alias plures nuper inventae.  
'Ubi et praecipui operis marmoreae statuae columnae tabellae nobilissimae ex onice ophale aliis-  
'que rarioribus lapidibus incrustationes, aereae imagines, praegrande imprimis viri caput, calx,  
'carbones et nonnulla fusoriae artis instrumenta reperta sunt. Epigrammata vero huiusmodi  
'sunt' GIORD. — Si licet divinare, titulus pertinuit ad alteram statuam equestrem repertam  
simil cum n. 1426 sine capite et inscriptione; quod si ita est, male ei restituerunt caput  
patris. Cf. Gerhard *Neapels ant. Bildw.* p. 22 n. 63.

M · NONIO · M · F · BALBO  
PROCOOS  
NVCHERINI · MVNICIPES · SVI

Servavit Fabius Giordanus in hist. Neap. ms., unde ediderunt Capece l. c. in praef.; Gervasio  
iscr. di Nap. p. 6; Guarini iter vag. mans. 3 p. 60. Henzen 5162.

**1424** [=2404] in basi statuae perditae, Her-  
culanei in theatro in proscenii parte dextra  
extrema e regione tituli n. 1427. Videtur  
remansisse sub terra.

AP · CLAUDIO · C · F · PVLCHRO  
COS · IMP u. c. 716?  
HERCVLANENSES · POST · MORT

Acta 16 Ian. 1768 (*Bull. arch. Ital.* 4, 40);  
Marini cod. Vat. 9128 f. 19 qui vidit; Mor-  
genstern *Reise* p. 80; Romanelli 2, 66; de  
Iorio *notizie sugli scavi di Ercolano* p. 105,  
cf. tab. IV. Orelli 3417.

1 PVLCHRO Mar., PVLCHRO acta. — 3 POST.  
MORT om. Mar.

**1425** [=2410] litteris cubitalibus; reperta  
Herculanee *alla masseria del Bisogno* ACTA.  
Extat Neapoli in museo.

M · NONIVS · M · F · BALBVS · PROCOS  
BASILICAM · PORTAS · MVRVM · PECVNIA · SVA

Descripsi et recognovi. Acta a. 1758 Jul. 19;  
Diss. Isag. p. 58; Romanelli *viagg.* 2, 86;  
Mazois Pomp. 3, 33; Fiorelli cat. n. 1180.  
Orelli. 3280.

M. Nonius M. f. Balbus, filius patris cognomini (n. 1439) et Viciriae A. f. Archadis (n. 1440), maritus Volasenniae C. f. Tertiae (n. 1435—1437; cf. de Volasennis Borghe-  
sius opp. 7, 411), Nucerinus (n. 1429), praetor et ex praetura proconsul Cretae et Cyrenaicae (nam provinciam licet ipse secundum usum vetustiorem reticeat, significant n. 1430—  
1434) aut is fuit Nonius Balbus, quem a. 722 tribunatum plebis gessisse Dio (50, 2) scribit,  
aut filius eius; certe quod omittuntur in titulis et honores minores et provincia, item *Gorty-  
niei* forma n. 1434 ad Augusti aetatem ducunt.

**1427** Herculanei in theatro supra portam sini-  
stram orchestrae ACTA 16 Ian. 1768. Vi-  
detur remansisse sub terra.

M · NONIO · M · F · BALBO  
PR · PRO · COS  
HERCVLANENSES

Acta l. c. (*Bull. Ital.* 4, 40); Marini cod.  
Vat. 9128 f. 215; Morgenstern *Reise* p. 80.  
Diversa omnino a n. 1426 multo ante reperta  
et in museum inlata. Marinus refert utramque.

1. 2 coniungunt acta.